

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Nuclei evangelici pars festivalis

Trautmann, Samuel

Wittebergae, 1664

Oraculum sacrum VI.

[urn:nbn:de:bsz:31-160375](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-160375)

IN DIE S. STEPHANI

Es rufft und schreyt zu G^ott / und
hält umb Rache an/
Wie mans an Abels Bluth gar klär-
lich sehen kan.

E. v. 37.

Mittis, Christe! Sophos, bonitatis surrigis alas.
Ergo suo merito turba profanaperit.

ORACULUM SACRUM VI.

Hosea. XIII, 9.

TEXTUS EBREUS SACER.

שְׁחַתָּה יִשְׂרָאֵל בִּי כִי בַעֲרֹךְ:

Versio vulgata.

Perditio tua, Israel: tantummodo
in me auxilium tuum.

B. LUTHERUS.

Israel du bringest dich in Unglück
denn dein Heyl stehet allein by mir

N O T A.

1. Mercerus, Occolampadius, Targum Rab-
bi Schelomo Jarchi, & alii non pauci existi-
mant שְׁחַתָּה si puncta Rabbinica non atten-
dantur, esse verbum Piel secundæ personæ
cum

PROTOMARTYRIS.

cum affixo. Verba R. Salomonis Jarchi Jo-
hannes Mercerus hacce Latina versione dona-
vit: Perdidisti te Israel, quia in me prævarica-
tus es, rebellasti in auxilium tuum. Et brevis
est hic contextus. Et qui intelligit lingvam-
scripturæ reuocat in mentem וי כי quia in-
me fuit scilicet rebellio, quare bellasti. In-
auxilium tuum rebellasti, quum in me rebel-
lasti. Huic sententiæ, quæ versioni Megalan-
dri Lutheri proximè accedit, integram propo-
sitionem constituit, & sensum ortho doxum
parit, libenter subscriberem. Verum, quia nos
punctorum varietatem & figuram ad essentiam
Ebrææ lingvæ pertinere, & puncta vocalia tex-
tû Ebræo Veteris Testamenti essentialia, imò
literis ipsis coæva esse statuimus, argumentis
adducti validissimis (idq; contra plerosq; Pon-
tificios, existimantes puncta vocalia cura ac-
centibus à Masoretis textui Ebræo addita, in-
quam sententiam etiam abit Bedà, dum sic scri-
bit: *Puncta non sunt de substantia litera, nec à
principio scripturæ fuerunt*) merito hanc senten-
tiam cum honoris præfatione autoribus re-
linquo.

2. Quum igitur puncta omninò veniant at-
tendenda, nec recens Judæorum, & quidem
Post-Thalmudicorum sint inventum, quod
multis argumentis probatum dant Flacius
part. 2.

IN DIE S. STEPHANI

part. 2. Clav. tract. 6. col. 629. Hafenreiff. in
Templo Ezech. q. 170. B. Gerh. in Exeg. tom. 1.
Loc. Theol. de Script. sacra cap. 15. Polan. in
Syntagm. l. 1. c. 37. D. Mich. Walth. in disput.
Valedict. Jenæ habita, vocabulum **שְׁרָרָה**
hoc loco (Notanter dico Hoc Loco. Neuti-
quam enim inficiamur vocem **שְׁרָרָה** quod
ad punctationem istam attinet, si modò textus
vel exigat vel admittat *quædam* personæ ter-
tia rationem INTERDUM habere posse) non ver-
bum tertia personæ in Piel, sed nomen esse
cum affixo, ab absoluto **שָׂרָרָה** perdigio, in-
stat **דָּבָר** Jer. V, 13. **קִטְרָה** suffitus Jer. XLIV, 14.
לִשְׂרָרָה retributio Deut. XXXII, 35. & alibi fi-
denter adserimus.

Album hæc nobis adponunt calculum:
Forsterus, *Mercerus*, Ant. Cevallerius B. Cor-
nelius Bertramus, Ben. Arias Montanus red-
dens corruptela tua, D. Michael Waltherus &
cumprimis vir ille in Ebraicis literis absolute
doctus D. Helvicus, quem vide in Vindic. f. 342.
solidè & nervosè de hoc loco disferentem, &
hæc nota contra *Rabbi David Kimchi, Tremel-
lium, Junium, Pagninum, Polanum & alios qui
dictionem שְׁרָרָה esse verbum tertia persona
contendunt.* Inprimis hæc notanda sunt con-
tra *Piscatorem Herborenses*, qui illustrem
hunc

PROTOMARTYRIS.

hunc locum propheticum Calvinianis nebulis
 obfuscare & nobis talem versionem obtrudere
 conatur: *Er hat dich verderbet; Aber durch
 mich/ der ich deine Hüffe bin, werest du be-
 fänden.* Perdidit te (scil. Rex tuus, cujus
 mentio fit versu sequente) quum in me, in auxi-
 lio tuo (sed per me, qui sum auxiliator tuus.)
 staturus es(es servatus fuisses.)

Quibus omnibus sequentem opponimus
 Syllogismum:

Quaecunq; interpretatio violenta est &
 coacta, ea merito ceu falsa & erronea repudi-
 anda est ac rejicienda. Sed Herbornensis &
 Tremelliana interpretatio seu versio violenta
 est & COACTA, fatente ipso Paréto, qui quam-

vis torus Calvini castra sequatur, & **ΠΡΩ**

verbum Πiel certae personae esse perperam sta-

nat, absurdum tamen illam interpretationem

Kimchianam & Novatoris Herbornensis sequen-

tem, *Est ergo praedictum Piel cum affixo: Perdidit te: quis? De-*

Terrellii ex Superioribus: Vitulus tuus, Ellipsi nimis RE-

motissima. Nam vitulus Calvi-

perianus facit saltum è cap. 8. in cap. 13.) Alii, (ut

remellius, & Piscator) ex sequenti versu: Rex

Anticipatione COACTA. Haec rectè Pa-

IN DIE S. STEPHANI

reus, contra socios Piscatorem & Tremellium. Sed rectius Andréas Rivetus perditionis causam ipsos homines constituit in hunc locum, ita commentans: Idem est sensus, si quis interpretetur hæc duo membra oppositè, ut plerique faciunt, Perditio tua scilicet est Israel, id est, tutemet perdidisti, tantum in me auxilium tuum, id est, nihil enim mihi imputare debes, nisi quod semper ad auxilium tuum præsto adfui, ut exitii Israelis causam à se DEUS removeat & alibi quærendam esse doceat. E. Herbornensis & Tremelliana versio merito ceu falsa & erronea repudianda est & rejicienda.

3. Nec infreqvens est in sanctalingva interdum unum nomen, vel constructionem affixi, aut regiminis integram constituere propositionem. Hujus rei exemplum nobis suppeditat Propheta Hoséas, non solum in loco præsentè, sed etiam cap. II, v. ult. ubi una vox cum affixo **NON** totam hanc comprehendit propositionem. Deus meus es tu. Confer. II. Sam. IX, 2. Pl. LXXVII, 12. Esa. XLIII, 9. & hæc nota *contra varios, quos modo nominavi, adversarios.*

4. Hoc loco Israelitis nihil quàm perditio, Deo verò SOLI auxilium tribuitur. E. *ovèp yexa* virtutum humanarum in conversione nulla, nec ullum tacitum congrui, *contra Pelagianos & Pontificios.*

5. Per

5. Perditionis causa h.l. adscribitur hominibus (Israelitis) *E. reprobatio non in sola DEO* *ἐυδοξία*, sed potissimum in pravissis hominum peccatis fundatur, *contra Calvinianos, & cumprimis Hermannum Reynecherum, qui in catena sua p.36. ita scribit: Reprobationis causa NEQUAM IN HOMINE querenda est, sed ejus summa & prima causa est ipsamet libera & justa, DEL VOLUNTAS.* A quo non abludunt Beza quæst. & Resp. p.670. & Piscator Herbornensis Volum.2. Disput. ita scribens. *prævisa impiorum infidelitas aut ALIA PECCATA NON FUERUNT CAUSA, quæ a DEO fuerint repudiati & rejecti.* Et Disput. de Prædestin. thes. 79: *Decrevit, (inquit) quidem DEUS occulta (quoad notitiam singulorum individuorum) voluntate perdere nonnullos; at non simpliciter & per se, sed propter peccatum. Interim tamen, si non executionem decreti, sed ipsum decretum spectes, ILLUD SIMPLEX atq; ABSOLUTUM est, quippe non aliunde, nisi ab ipso DEI PLACITO dependens.*

6. Quæquam de predicatione temporali Dominus hic primò loquatur, non tamen in commode hoc ad perditionem æternam, ipsamq; adeò damnationem sive in decreto, sive in executione consideratam, referri potest. Si enim pænæ temporales non infliguntur à DEO ex absoluto & libero quodam odio, utiq; nec æternæ,

IN DIE S. STEPHANI

na, quippe quæ his incomparabiliter graviores, contra Piscatorem Herbornensem, qui hunc textum 1. ad solos Judæos 2. ad panas solum temporales restringit.

7. Quando duo sibi invicem sunt opposita, nec invenitur tertium, tum illud quod affirmatur de uno rectè per exclusivam effertur, ut simul emphaticè negetur de altero. Quam regulam B. Lutherus Tom. 5. Jenesi Germanico in Epistola Germanica de Versionibus von Dostmessen tradit his verbis: Das ist die Art unser deutschen Sprache/ wenn sich eine Rede begiebet von zweyen Dingen/ deren man eines bekennt und das Andere verneinet/ so braucher mann das Wort Solum (Allein) neben dem Wort nicht oder kein; Exempla habes Deut. VI, 3. Matth. IV, 10. & c. cum quibus confer hunc locum propheticum, ubi salus & perditio, ut contraria opponuntur, quorum alterò (perditione) de DEO negatò de Israelitis solis affirmabitur, contra Amandum Polanũ, qui Lutherum vellicat, quòd particula exclusiva Allein in ejus versione (ut & particula Tantummodo in vulgata) adjecta reperitur.

8. Pleonasticum כ (quod Autor lib. Cent. Regent. mox ab initio כ redundantia vocat) Nominativo ante verbum substantivum eleganter præfigitur; Esa. XXVI, 4. כִּי בֵּיתָא יְהוָה יִבְרָךְ

יְהוָה יִבְרָךְ יְהוָה יִבְרָךְ יְהוָה יִבְרָךְ

Qui

PROTOMARTTRIS.

Quia in Deo Domino i.e. Deus Domi-
 nus petra seculorum. Et geminò Pleonasmò
 ante & post verbum substantivum subauditum;
 ut in loco presente כִּי בִּי בְּעִזְרָךְ quia in-
 me in auxilio tuo; i.e. quia ego auxilium tuum.
 Sic Arabes כִּי הָאֱלֹהִים כִּפִּי Sufficit
 in Deo in directorem i.e. אֱלֹהִים DEUS
 sufficit. Vide B. Glasii *Theologie sanctiorisq;
 Philologie Antisiticis famigeratissimi* lib. 3. Gr.
 tract. 3. de Verb. can. 41. p. 356. & hæc nota con-
 tra Pareum, qui in hunc locum ita commentatur:
Particula Ci, quia, vulgo redditur adpervativè
sed, ut sit antithesis prioris: Sed in me auxilium
tuum. At obstat vox beedfreccha, quæ non est re-
cti, sed sexti vel quarti casus cum præpositione, in
adjutorio tuo vel in adjutorium tuum. Nostri
interpretes subaudiunt, est salus: Sed in me in
auxilio tuo est salus. Et paulo post: Ego salvus
aliorum judicis existimo particulam Beth mon-
strare defectum explendum esse ex superioribus, ubi
particula bi in me Deus aliquoties ad se revolverat,
ut cap. 5. & c. 6. 7. hac dubi perfidè egerunt in me
i. e. contra me. Sic cap. 14. 1. Rebellarunt belo-
bèba in Deum suum. Idem hic Deus dicit omis-
so verbo causam petitionis eorum repetens:
Perdidit te ô Israel, quod in me auxiliatorem tuum
nempe rebellasti. Hucusq; Pareus. Vide et-
iam quæ notat Dn. D. Johannes Tarnovius in
 com:

IN DIE S. STEPHANI PROTOMARTTRIS.
comment sup. hunc locum. Et de hoc sacro
oraculo hæc attigisse sufficiat. Audiantur nunc

PATRES.

Quod causa perditionis non in DEO,
sed in homine sit quærenda.

DEUS nemini vim infert, ut pereat sed
qui perit SUO MERITO PERIT, & qui sal-
vantur, DEI gratia & miseratione salvantur,
*inquit non ignobilis B. Augustini discipulus Prima-
sius in Epist. 1. Tim. c. 2. p. 433.*

Non est voluntas DEI ut pereat unus: qui
verò à pietate deficiunt, *non ex Dei opere, sed
ex sua voluntate deficiunt, nec impelluntur, ut
cadant, nec rejiciuntur ut deserat, August. ad
artic. 16. falso sibi imposuit. Tom. 7. col. 1358. B.*

Nemo hominum à DEO in perditionem
traditus est, sed unusquisq; pereuntium suà ne-
gligentiâ perit & culpâ. *Origen. in Epist. ad Tim.*
Omnibus offertur & in communi posita est
DEI misericordia, nemo illius expers est, nisi
qui renuit *Bernh. serm. 1. in fest. Purificat. Maria
col. 85. A.*

Ich hab' o Israel! Die Weisen dir ge-
sendet:

Ich habe selbst an dich mein teures Bluth ge-
wendet /

Noch

IN DIE S. JOHANNIS EVANGELISTÆ
& APOSTOLL.

Noch stärkhest du dich selbst in alles
Herze-Leyd/
Bey mir/ Allein bey mir/ siehst deis-
ne Seeligkeit.

IN DIE S. JOHANNIS EVANGELI-
STÆ & APOSTOLI.

Ex Joh. XXI, 15, 16 & 17.

Ter Christo immotum Petrus promittit amorem,
Et merito; siquidem ter quoq. laesus amor.

SEPTIMUM ORACULUM
SACRUM.

EXEPTUS GRÆCUS SACER.

Εἰ τις ὁ Φιλεῖ τὸν κύριον ἰησοῦν χριστόν,
ἔστω ἀνάθεμα μαργὸν ἀθεῖ.

Versio Vulgata.

Si quis non amat Dominum nostrum

Jesum Christum, sit anathema Maranatha.

Versio B. LUTHERI:

So jemand den Herren Jesum
Christ nicht lieb hat/ der sey Anathema
Maharam Motha.

NOTÆ.

